CASUS ABLATIVUS (casus latinus)

I. **ABLATIVUS SEPARATIVUS**

ABLATIVUS SEPARATIONIS

I. *verba separationis* (bez przyimka lub z przyimkami *a*, *de*, *ex*):

- *libero 1*; *solvo 3 solvi solutum*; *absolvo 3 absolvi absolutum*; *levo 1* (uwalniać od czegoś), np. *absolvo periculis*.
- *pello 3 pepuli pulsum*; *depello 3 depuli depulsum*, *expello 3 expuli expulsum* (wypędzać), np. *depello patria*.
- *excedo 3 excessi excessum*, *egredior 3 egressus sum*, *exeo exire exii exitum* (wychodzić), np. *egredior urbe*.
- *prohibeo 2 prohibui prohibitum*; *arceo* 2 *arcui*; *abstineo* 2 *abstinui abstentum* (powstrzymywać), np. *me abstineo potu*.

1) Cassandrus Macedonia pulsus est. (NEP. *Phoc*. 3.2)
2) Caesar omnes copias castris eduxit equitatumque […] agmen subsequi iussit. (CAES. *Gall*. 4.13.6)

II. *verba inopiae* (bez przyimka):

- *egeo 2 egui*; *indigeo 2 indigui* (potrzebować), np. *egeo pecunia*.
- *careo 2 carui*; *vaco 1* (nie mieć), np. *careo otio*.
- *privo 1*; *orbo 1*(pozbawiać), *nudo 1* (ogołacać), *exuo 2 exui exutum*; *spolio 1* (obdzierać), np. *privo libertate*.

3) Is maxime divitiis fruitur qui minime divitiis indiget. (SEN. *Ep*. 14.17)
4) Democritus dicitur oculis se privasse. (CIC. *Fin*. 5.87)

wyrażenie *opus est*:

- *opus est alicui aliqua re* (abl.) – jeśli to, czego potrzeba, wyrażone jest rzeczownikiem lub zaimkiem osobowym, np. Consilio tuo mihi opus est. Te tuae matri opus est.
- *opus est alicui aliqua res* (nom.) – jeśli to, czego potrzeba, wyrażone jest neutrum zaimka lub przymiotnika (wówczas związek zgody między podmiotem a orzeczeniem), np. Id mihi opus est. Haec nobis opus sunt. Multa mihi opus sunt.
- *opus est alicui + inf.* lub *abl*. *supini* – jeśli to, czego potrzeba, wyrażone jest czasownikiem, np. Agere opus est. Actu opus est. Quid opus est tam multa dicere?
- quid opus est? – na cóż potrzeba? do czego jest potrzebne? np. Quid opus est consolatione? Si hanc vim adhibes, quid opus est iudicio? (CIC. *Verr*. 2.3.34)
- nihil opus est – nie potrzeba, do niczego nie jest potrzebne, np. Nihil opus est oratore: satis est non esse mendacem (*De orat*. 2.51)

III. *adiectiva inopiae* (bez przyimka):

- *liber 3*; *vacuus 3* (wolny), np. *vacuus cura*.
- *orbus 3*; *nudus 3*; *inanis 2* (pozbawiony, ogołocony), np. *nudus praesidio*.

5) Urbs est nuda praesidio. (CIC. *Att*. 7.13.1)
6) Robustus animus et excelsus omni est liber cura et angore. (CIC. *Fin*. 1.49)

ABLATIVUS ORIGINIS

- *natus 3*; *ortus 3*; *oriundus* (zrodzony), np. *Cicero equestri genere natus est.*

1) Orpheus et Rhesus di sunt Musa matre nati. (CIC. *ND*. 3.45)
2) Erat in Carnutibus summo loco natus Tasgetius, cuius maiores in sua civitate regnum obtinuerant. (CAES. *Gall*. 5.25.1)
3) Atheniensibus licet eodem patre natas uxores ducere. (NEP. *Cim*. 1.3)

4) Neocles uxorem Acarnanam ciuem duxit, ex qua natus est Themistocles. (NEP. *Them*. 1.2)

ABLATIVUS COMPARATIONIS

1. Nihil enim lacrima citius arescit. (*Ad Her*. 2.50)
2. Neminem Lycurgo maiorem Lacedaemon genuit. (VAL. MAX. 5.3)
3. Vilius argentum est auro, virtutibus aurum. (HOR. *Ep*. 1.1.52)

zaimek względny:

4. (...) patria qua nihil potest esse iucundius (...). (CIC. *Red. Sen*. 1)
5. (...) deus quo nihil in rerum natura melius est (...). (CIC. 3.20)
6. (...) res publica qua nihil est sanctius (...). (CIC. *Sest*. 146)

składnia po *plus*, *minus*, *amplius*, *longius*:

plus quam milia hostium = plus milibus hostium = plus milia hostium

7. Catilina initio non amplius duobus milibus militum habebat.
8. Cives plus ducenti adsunt.
9. Herennium, negotiatorem ex Africa, Syracusis amplius centum cives Romani cognoscebant (wg CIC. *Verr*. 2.1.14)

expectatione, opinione, spe + comparativus (celerius)

10. Omnium spe celerius Saguntum oppugnari allatum est. (LIV. 21.6.5)
11. Eo cum de improviso celeriusque omni opinione venisset… (CAES. *Gall*. 2.3.1)

Ćwiczenia

1) Ut ait Homerus 'ex Nestoris lingua melle dulcior fluebat oratio'. (CIC. *Sen*. 31)
2) Caesar suos a proelio continebat ac satis habebat in praesentia hostem rapinis pabulationibusque prohibere. (CAES. *Gall*. 1.15.5)
3) Molestum est carere adsuetis voluptatibus, abstinere cibo, sitire, esurire. (SEN. *Ep*. 78.11)
4) Auctoritate tua nobis opus est et consilio.
5) Nulla abs te per hos dies epistula inanis aliqua re utili et suavi venerat.
6) Quid est autem, non dicam in homine, sed in omni caelo atque terra, ratione divinius? (CIC. *Leg*. 1.22)
7) Moveor enim tali amico orbatus, qualis, ut arbitror,nemo umquam erit, ut confirmare possum, nemo certe fuit; sed non egeo medicina: me ipse consolor (...). (CIC. *Amic*. 10)
8) Qui est moderatus et temperans, eum necesse est esse constantem; qui autem constans, quietum; qui quietus, perturbatione omni vacuum, ergo etiam aegritudine. et sunt illa sapientis: aberit igitur a sapiente aegritudo. (CIC. *Tusc*. 3.18)
9) Labienus ab hostium castris non longius mille et quingentis passibus abest (...) (CAES. *Gall*. 1.21.4)
10) Nunc animis opus est, nunc pectore firmo.
11) Atticus cum biduum cibo se abstinuisset, subito febris decessit leviorque morbus esse coepit. (NEP. *Att*. 22.3)
12) In omnem vitam unguento abstinemus, quoniam optimus odor in corpore est nullus. (SEN. *Ep*. 108.16)

III. ABLATIVUS LOCATIVUS

ABLATIVUS LOCI (gdzie?)
1. Subitum bellum in Gallia coortum est. (Caes. *Gall*. 3.7.1)
2. Castra opportunis locis erant posita. (Caes. *Gall*. 7.69.7)
3. Totis trepidatur castris atque alius ex alio causam tumultus quaerit. (Caes. *Gall*. 6.37.6)
4. Una silva elephantis pluribus sufficit: homo et terra et mari pascitur. (Sen. *Ep*. 60.2)

ABLATIVUS PROSECUTIVUS (LINEAE) (którędy?)
1. Quanto satius est ire aperta via. (Sen. *Ep*. 102.20)
2. Caesar itinere terrestri profectus est in Syriam. (*Bell*. *Alex*. 33.5)

Sposoby wyrażania czasu
- **kiedy**? ⇒ ABLATIVUS TEMPORIS
(*tempore-temporibus*, *aetate*, *memoria*, *anno*, *die-diebus*, *nocte*, *vespere*, *hora*, *vere*, *aestate*, *autumno*, *hieme*; *bello, comitiis*, itd.), np. *decimo anno* – w dziesiątym roku; *quinta hora* – o piątej; *Homeri tempore* – w czasach Homera; *bello Punico* – podczas wojny punickiej.
- w jakim przeciągu czasu? ⇒ ABLATIVUS TEMPORIS
np. *quattuor diebus* – w przeciągu czterech dni; *horis quinque* – przez pięć godzin
decem diebus = in decem diebus = intra decem diebus – przez dziesięć dni

1. Dux biduo et duabus noctibus in urbem peruenit.
2. Agamemnon vix decem annis unam cepit urbem. (Nep. *Ep*. 5.6)
3. Roscius Romam multis annis non uenit. (Cic. *Amer*.74)

- **o ile wcześniej? o ile później?** ⇒ ante, post + ABL. MENSURAE (tribus post annis)
⇒ ante, post + acc. (post tres annos)
por. *multo ante* (*post*), *paulo* (*brevi*) *ante* (*post*), itd.
1. Homeri etsi incerta sunt tempora, tamen annis multis fuit ante Romulum. (Cic. *Brut*. 40)
2. Quidam Numam Pompilium, regem nostrum, fuisse Pythagoreum ferunt, qui annis ante permultis fuit quam ipse Pythagoras. (Cic. *De Or*. 2.154)
3. Themistocles fecit idem, quod viginti annis ante apud nos fecerat Coriolanus. (Cic. *Sen*. 42)

przez jaki okres czasu? ⇒ ACCUSATIVUS TEMPORIS
np. Decem quondam annos Troia oppugnata est. Septem horas dormire satis iuvenique senique.

ABLATIVUS OKOLICZNOŚCI TOWARZYSZĄCEJ
1. Decemviri prodeunt in contionem abdicantque se magistratu, ingenti hominum laetitia. (Liv. 3.54.7)
2. De sua potentia dimicant homines hoc tempore periculo civitatis. (Cic. *Att*. 7.3.4)

Ćwiczenia:
1. Aliquot saeculis post P. Scipio bello Punico tertio Carthaginem cepit. (Cic. *Verr*. 2.4.73)
2. Hac spe lapsus Indutiomarus nihilo minus copias cogere, exercere, a finitimis equos parare, exsules damnatosque tota Gallia magnis praemiis ad se adlicere coepit. (Caes. *Gall*. 5.55.3)
3. Antiochi legatus equitum innumerabilem vim traiecit Hellesponto in Europam. (wg Liv. 35.48.2)
4. [Clodius Ciceronem] ex Urbe eiecit, bona illius diripuit, domum incendit, anno ab orbe condito ter milesimo nongentesimo decimo quarto, Urbis Romanae sescentesimo nonagesimo quinto, aetatis Tullii quadragesimo nono. (*Commentarius in orationem M. T. Ciceronis de provinciis consularibus*; 1613)

5. Vltus est huius victoriae crudelitatem postea Sulla: ne dici quidem opus est quanta deminutione civium et quanta calamitate rei publicae.
6. Sed tamen hoc queo dicere, non me quidem iis esse viribus quibus aut miles bello Punico aut quaestor eodem bello aut consul in Hispania fuerim aut quadriennio post, cum tribunus militaris depugnavi apud Thermopylas M'. Glabrione consule, sed tamen ut vos videtis non plane me enervavit, non adflixit senectus, non curia vires meas desiderat, non rostra, non amici, non clientes, non ospites. (Cic. *Sen*. 32)
7. Nox erat, et vino somnum faciente iacebant
   corpora diversis victa sopore locis. (Ov. *Fast*. 1.421-2)

II. ABLATIVUS INSTRUMENTALIS

ABLATIVUS INSTRUMENTALIS

1. Pyrrhus lapide ictus interiit. (Nep. 21.2)
2. Sociam nobis urbem vi atque armis cepisti. (Liv. 34.32.16)
3. Britanni (...) frumenta non serunt, sed lacte et carne vivunt pellibusque sunt vestiti. (Caes. *Gall*. 5.14.2)

żołnierze i niewolnicy jako instrument:

1. [Caesar] Interea ea legione, quam secum habebat, militibusque, qui ex provincia convenerant, a lacu Lemanno, qui in flumen Rhodanum influit, ad montem Iuram, qui fines Sequanorum ab Helvetiis dividit, milia passuum decem novem murum in altitudinem pedum sedecim fossamque perducit. (Caes. *Gall*. 1.8.1)
2. Servos agrestis et barbaros, quibus silvas publicas depopulatus erat Etruriamque vexarat, ex Appennino deduxerat. (Cic. *Mil*. 26)

utor, fruor, fungor, potior:

1. Sosylo Hannibal litterarum Graecarum usus est doctore. (Nep. 13.3)
2. Est genus quoddam hominum, quod Hilotae uocatur, quorum magna multitudo agros Lacedaemoniorum colit seruorumque munere fungitur. (Nep. 3.6)
3. Quo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? (Cic. *Cat*. 1.1)
4. Utinam mihi re publica aliquando restituta liceat frui.

potiri aliqua re lub *alicuius rei:*

1. Labienus castris hostium potitus et ex loco superiore, quae res in nostris castris gererentur, conspicatus decimam legionem subsidio nostris misit. (Caes. *Gall*. 2.26.5)
2. Orgetorix M. Messala et M. Pisone consulibus regni cupiditate inductus coniurationem nobilitatis fecit et civitati persuasit, ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent: perfacile esse, cum virtute omnibus praestarent, totius Galliae imperio potiri. (Caes. *Gall*. 1.2.1)

ABLATIVUS RESPECTUS (LIMITATIONIS)

1. Homines, etsi aliis multis, tamen hoc uno plurimum a bestiis differunt, quod rationem habent a natura datam (...) (Cic. *Fin*. 2.45)
2. Doctrina Graecia nos et omni litterarum genere superabat; in quo erat facile vincere non repugnantes. (Cic. *Tusc*. 1.3)

wyrażenia z *nomine*, *natione*, *genere*, *natu* + *grandis*, *maior*, *maximus*, *minor*, *minimus*:

1. Est adulescentis maiores natu vereri exque iis deligere optimos et probatissimos, quorum consilio atque auctoritate nitatur. (Cic. *Off*. 1.122)

wyrażenia z *sententia*, *opinione*, *iudicio*, *testimonio*:

1. Homo mea sententia prudentissimus Caecina tamen in hac re plus mihi animi quam consili videtur habuisse. (Cic. *Caec*. 22)

po przymiotnikach *dignus*, *indignus* i czasowniku *dignor*:
1. (...) adulescens pudens ac bonus, dignus illo loco ac nomine (...). (Cic. *Verr*. 2.3.159)
2. Omnes idem volunt, idem defendunt, idem sentiunt. Cum omnis dico, eos excipio quos nemo civitate dignos putat. (Cic. *Phil*. 8.7)

ABLATIVUS REI EFFICIENTIS & ABLATIVUS AUCTORIS
1. Terra sole illustratur.
2. Dei providentia mundus administratur.
3. Hieronymus, Syracusanorum rex, (...) propter crudelitatem superbiamque a suis interfectus est. (Periocha Liv. 24)
4. Eodem die [Caesar] ab exploratoribus certior factus hostes sub monte consedisse (...) (Caes. *Gall*. 1.21.1)

ABLATIVUS CAUSAE (z jakiej przyczyny?)
1. Concordia res parvae crescunt, discordia maximae dilabuntur.
2. Meo vitio pereo: nihil mihi mali casus attulit, omnia culpa contracta sunt. (Cic. *Att*. 11.9.1)

ablativus causae po *verba affectuum* (*gaudeo*, *laetor*, *doleo*, *glorior*, *maereo*, *laboro*, (*con-*) *fido*)
1. Helvetii sua victoria insolenter gloriabantur. (wg Caes. *Gall*. 1.14)
2. Delicto dolere, correctione gaudere oportet. (Cic. *Am*. 90)

ablativus causae po przymiotnikach *contentus*, *laetus*, *aeger*, *superbus*, *fretus*.
1. Nemo sua sorte contentus.
2. Laetus sorte tua vives sapienter, Aristi. (Hor. *Ep*. 1.10.44)
3. Dis sum fretus, deos sperabimus. (Pl. *Cas*. 346)

ABLATIVUS MENSURAE (o ile?)
quo – eo (im – tym), *quanto – tanto* (o ile – o tyle), *multo ≠ nihilo* (o wiele ≠ o nic), *aliquanto*, *paulo* (niemało, znacznie), *nihilo minus* (nie mniej, równie)

1. Homines quo plura habent, eo cupiunt ampliora. (Iustin. 6.1.1)
2. Tanto brevius tempus quanto felicior. (wg Plin. *Ep.* 8.14.10)
3. Blandum est malum luxuria, quam accusare aliquanto facilius est quam vitare.

ABLATIVUS MODI (jak?)
1. Duobus modis, id est aut vi aut fraude, fiat iniuria. (Cic. *Off*. 1.41)
2. (...) id aequo animo feret civitas (...) (Cic. *De or.* 2.144)
3. His paratis rebus [Caesar] milites silentio naves conscendere iubet. (Caes. *Civ*. 1.27.5)

ABLATIVUS COPIAE
1. Templum Aesculapi donis dives erat. (wg Liv. 45.28.3)
2. Cn. Pompei oratio omnibus ornamentis abundavit. (wg Cic. *Balb*. 17)
3. Duae sunt Baliares insulae, maior altera atque opulentior armis virisque. (Liv. 28.37.5)

Plenus + abl.: Vir humanis divinisque virtutibus plenus. Omnia sceleribus ac vitiis plena sunt. Plena et infesta variis casibus vita est. Venis in locum hominibus plenum, amicis vacuum.

Plenus + gen.: Domus plena hominum honestissimorum. Provincia plena optimorum sociorum honestissimorumque civium. Plena exemplorum est nostra res publica. Vita sine amicis insidiarum et metus plena sit.

ABLATIVUS SOCIATIVUS
1. [Archias] cum clarissimo imperatore L. Lucullo apud exercitum fuit. (Cic. *Arch*. 11)

2. [Labienus] cum omnibus copiis ad Caesarem pervenit. (Caes. *Gall*. 7.62.10)
3. [Scipio] centum triginta navibus longis profectus est in Siciliam. (wg Liv. 25.27.4)
4. Cum iam pontem Mulvium magno comitatu legati Allobroges ingredi inciperent unaque Volturcius, fit in eos impetus. (Cic. *Cat*. 3.6)

Ćwiczenia

1. Vera virtus atque honestus labor honoribus, praemiis, splendore decoratur, vitia autem hominum atque fraudes damnis, ignominiis, vinclis, verberibus, exsiliis, morte multantur (Cic. *De Or*. 1.43.194)
2. Semper enim boni assiduique domini referta cella vinaria, olearia, etiam penaria est villaque tota locuples est, abundat porco haedo agno gallina lacte caseo melle. (Cic. *Sen*. 56)
3. Contra vim et metum suis se armis [animalia] defendunt: cornibus tauri, apri dentibus, cursu leones, aliae fuga se aliae occultatione tutantur, atramenti effusione saepiae, torpore torpedines, multae etiam insectantes odoris intolerabili foeditate depellunt. (Cic. *ND* 2.127)
4. Milonem [dixisti] gladiatoribus et bestiariis obsedisse rem publicam. (Cic. *Vatin*. 40)
5. Culpa quam poena tempore prior, emendari quam peccare posterius est. (Tac. *Ann*. 15.20)
6. Hac oratione adducti inter se fidem et ius iurandum dant et regno occupato per tres potentissimos ac firmissimos populos totius Galliae sese potiri posse sperant. (Caes. *Gall*. 1.3.8)
7. Domuisti gentis immanitate barbaras, multitudine innumerabilis, locis infinitas, omni copiarum genere abundantis: ea tamen vicisti quae et naturam et condicionem ut vinci possent habebant. (Cic. *Marc*. 8)
8. Diu cum esset pugnatum, impedimentis castrisque nostri potiti sunt. (Caes. *Gall*. 1.26.4)
9. Labienus castris hostium potitus est. (Caes. *Gall*. 2.26.4)
10. (...) Diversisque duobus vitiis, avaritia et luxuria, civitas [Romana] laborabat. (wg Liv. 34.4.2)
11. Trahimur omnes studio laudis, et optimus quisque maxime gloria ducitur. (Cic. *Arch*. 26)
12. In fuga magna auctoritate Osaces dux Parthorum vulnus accepit eoque interiit paucis post diebus. (Cic. *Att*. 5.20.3)
13. Qui poterit aut corporis firmitate aut fortunae stabilitate confidere? (Cic. *Tusc*. 5.40)
14. Exiguo contentus, potiora sperans.
15. [Cato] esse quam videri bonus malebat: ita, quo minus petebat gloriam, eo magis illum adsequebatur. (Sall. *Catil*. 54.6)
16. [Germani] equestribus proeliis saepe ex equis desiliunt ac pedibus proeliantur, equosque eodem remanere vestigio adsuefaciunt, ad quos se celeriter cum usus est recipiunt. (Caes. *Gall*. 4.2.4)
17. Eo tempore [Militiades] aeger erat vulneribus, quae in oppugnando oppido acceperat. (Nep. *Mil*. 7.5)
18. Ex aethere innumerabiles flammae siderum existunt, quorum est princeps sol omnia clarissima luce conlustrans, multis partibus maior atque amplior quam terra universa, deinde reliqua sidera magnitudinibus inmensis. (Cic. *ND* 2.92)